



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

1. Decembris. Calendæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**



# ANNI CISTERCIENSIS DECEMBER.

## I. Decembris. Calendæ.



HUGO, S. R. E. Car-Promo-  
linalis Episcope Osti- ius añ.  
ensis. Romam te ra 1150.  
puit Eugenius III. præ-  
eras enim Monasterio  
Trium Fontium in Ca-

talaunia. Quam promotionem licet  
Pontifici ac S. Ordini gratuletur per e-  
pistolam BERNARDUS, absentiam  
tamen tuam gravissime se ferre fate-  
tur, utpote quem amaverit non mi-  
nus seipso, & cuius prudentia in con-  
siliis sibi tot inter curas fuerit pernece-  
faria. Perleveravit utriusque amor,  
dum operâ tuâ alter Romæ, alter è  
Claravalle in summorum commen-  
datione negotiorum usus est. Gravissi-

ss 6

mum pre

420 ANNI CISTERCIENS.

num præ manibus meis versatur negoti-  
um coram cœlesti curia pertractandum,  
cùm nempe de vita mea rationem reddere  
cogar Deo Judici. Te in ad vocatum im-  
ploro, ne causa cadam, à qua penderet  
nitas.

Obiit  
anno  
1592.

B. MARCE dæ Villalba, S. Con-  
gregationis Hispanicæ Generalis eme-  
rite: qui ob eminentem eruditionem  
ac pietatem Philippo II. Regi Catho-  
lico eras in deliciis. Is ne te post abso-  
lutum triennii regimen in gradu infe-  
riori, juxta Congregationis leges aspi-  
ceret, nec tamen iis vellet derogatum,  
ad Fiteriensem Abbatiam promovit,  
à legibus illis exemptam. Duplex po-  
steritati nominis tui monumentum re-  
liquisti, quorum primum est industri-  
æ, qua Collegii Salmanticensis funda-  
menta jecisti, gloria doctrinæ famâ  
totum orbem impleturi: alterum san-  
*Corpus* Etimoniæ, cuius indicium prodigio-  
manet sum perdurat in corpore tuo, inter vi-  
ñcor- vae calcis cumulos sepultum, & haste-  
ruptū. nus nulla carie libatum. Vermes illos ex  
putredine miseri corpusculi nascituros non  
timeo; tu fac, ut vix pænitentia calce ir-  
quietum conscientiae vermem, ex peccatis  
meis genitum, extinguam. Tormentum est  
omni gangrena voracius: sed heu! miseri  
huc malo quoties nimis serò medemur!

S. BER.

II. DECEMBERIS. 421

S. BERNARDUS, s. 4. in die Palm.  
 O vermis conscientia! qui quamdiu Vermis  
 vivit, nunquam interiora cordis co- Consci-  
 medere & depascere omittit: qui nun- entiae.  
 quam vivere, & per hoc rodere desi- malum  
 nit, nisi eum mucrone puritatis sue  
 humiliis confessio jugulaverit.

2. Decembris. 4. Nonas.

B. ROBERT: qui Monasterium de Mata-Plana primus regendum suscepisti; sed labore tam felici, ut sterilis antè & inhabitabilis terra tuo parens imperio in lätissimam fertilitatem efflouerit. Quo mirabili privilegio Deus tuas etiam exuvias donavit: cùm enim vicini agricolæ vel tempestatum vel locustarum injuriis vexantur, solenni supplicationis ritu per campos sub tui nominis invocatione procedunt, semper votorum compotes. Nullam terram tam siccum ac sterilem esse credo, quām sit cor meum: tu illud imbre devotionis riga, ne hanc miseriam meam ultra cogar deplorare.

B. ANSELME monache in Germania: qui licet animi corporisque puritatem, uti & alia divinæ gratiæ Fl. circ. annum 1200.

Ss7 dona,